

## Aduertencias para

Regulares, etiam Ordinum Mendicantium  
semel ab vno Episcopo approbatos ab eodē  
Episcopo, sine iustissima causa non posse re-  
probari, at posse à successore eorum iuridic-  
tio suspendi, licet non habeat locum in con-  
fessoribus Ordinum Prædicatorum & Mi-  
norum, habet tamen locum in confessoribus  
aliarum Religionum. Probat primum ex iu-  
re communi in Extrauaganti Intercunãas de  
Priuilegiis per quam approbationis perpe-  
tuitas conuenit ipsis Fratribus Prædicatori-  
bus & Minoribus. Quæ Apostolica consti-  
tutio non solum non reuocatur per Clemen-  
tinam Dudum, vt supra visum est, verū etiã  
approbatur: cum nihil circa hoc innouet, li-  
cet innouet quoad alia ibi contenta. Secun-  
dum probat. Nam presentatio & approba-  
tio perpetua concessa aliis Religiosis [præter  
Prædicatores & Minores] respectu ipsorum  
est tantum priuilegium & in dicta constitu-  
tione Pii. 5. priuilegia tantum reuocantur.  
Henricus vero loco citato num. 6. vniuersa-  
liter docet Regularem non excipiendo hunc  
vel illum semel approbatum non posse sine  
causa reprobari ab eodem Episcopo, cum e-  
xemptus ipso iure in fauorem Religionis ha-  
beat